Bone Deus! quot ego novi barbâ rubros, capillis
verò nigros, qui in barba iam senectutis canitie bene„
nondum ostentarant, dum in capillis adhuc inviolatæ
iuventutis florem exhibuerunt. Et quid si non canesce„
ret? non rubescere laudis est ac vituperij. Nonne
hunc rubram barbam non modo candore dignam, sed et
cadrino utpote rubredinem experte merito ap„
pellare liceret? Quid? igitur canis ferens crines pu„
tridi? nihil profectò aliud. At sunt sapientiæ sin„
dices. Non abnuo, verum equidem dicis, quia sene„
ctutem, cui potissimum laus sapientiæ adscribitur,
comitantur. Quasi verò nullus nisi senio confectus
sapientiæ laude clareret: aut nullus sine canitie
ad senectutis gradum pertingere posset, aut nulli
canj atque edentuli delirarent à sapientiæ semita
nimium enormiter quandoque exorbitantes. Denique
qua ob causam isti Nigri barbâ ita canescunt? non
certè ob aliud, nisi quia senectute, quæ semper
summè veneranda est, tanta deformitatis pudet.
Rubra verò barba ipsi aetas grata et accepta est,
ut est quasi præter naturæ ordinem ~~ipsa~~ eam conser„
vare velit. Quis ergo Cerberus aut cynoce„
phalus sub barba rufa latitat? quæ pestis grassatur?